Boxhornio.

Ecce me molestum tibi, Amp.ne Boxhorni, munusculo
in turba et angustijs negotiorum publicorum ante unum edito. quo
caue me redeorlire credas, quasi tecum paria facturum,
qui tam frequenti partu prolantis ingenij tui tentare
mei inscitiam soles, et aliquando annis prodere
quod nec lenis ira nec ignes. unum id quo tendo est,
ut libere ac pro amico pronuncies, quid hoc
de argumento ac me dissertatore sentias. Pauci sunt atq ex dilecta,
quos hoc rogare certum est. Prout ei me vel damnabunt
vel absoluent, veritati propior vel errori videbor.
Eloquere sine fuco si me amas, et me
amare quidem puta, ut sic eloquare. Vale, ab

addict.mo tibi

de caetera omni turba securior quam si literas nescirem.